

## Ave maris stella

В дни памяти Пресвятой Богородицы  
(I, простой)

Т.: VIII в.  
М.: григ.

240.2

A - ve ma - ris stel - la,  
De - i Ma - ter al - ma, At - que sem - per  
Vir - go, Fe - lix cae - li por - ta.

- |                                                                                                         |                                                                                                                  |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2. <i>Sumens</i> illud Ave<br>Gabrielis ore,<br>Funda nos <i>in</i> pace,<br>Mutans <i>Hevae</i> nomen. | 5. <i>Virgo</i> singularis,<br>Inter omnes mitis,<br>Nos, culpis <i>solutos</i> ,<br>Mites fac <i>et</i> castos. |
| 3. Solve vincla reis,<br>Profer lumen caecis,<br>Mala nostra pelle,<br>Bona cuncta posce.               | 6. <i>Vitam</i> praesta puram,<br>Iter para tutum,<br>Ut, videntes Iesum,<br>Semper collaetemur.                 |
| 4. Monstra te esse matrem,<br>Sumat per te preces,<br>Qui pro nobis natus<br>Tulit esse tuus.           | 7. Sit <i>laus</i> Deo Patri,<br>Summo Christo decus,<br>Spiritui Sancto,<br>Tribus honor unus.<br>Amen.         |